40. Et dabo vos in opprobrium sempiternum, et in ignominiam eternam, quae nunquam oblivione delebitur.

TRANSLATIO EX HEBRAEO.

1. Vx̄ pastoribus qui perdunt et dispergunt pecudes pascue mee, dixit Dominus. — 2. Ideo sic dixit Dominus Deus Israel ad pastores qui pascunt populum meum : Vos dispersatis pecudes meas, et ejecistis eas, et non visitatis eas ; ecce visito super vos malitiam studiorum vestrorum, dixit Dominus. — 3. Et congregabo residuum pecudum meorum de omnibus terris ad quas ejeci eas ; et redire faciam eas ad habitacula sua ; et crescent, et multiplicabuntur. — 4. Et stare faciam super eas pastores, et pascet eas ; et non timebunt ultra, nec formidabunt, neque deficient, dixit Dominus. — 5. Ecce dies venient, dixit Dominus ; et stare faciam Davidi gerumen justum ; et regnabit rex, et prosperabit, et faciet iudicium et justitiam in terra. — 6. In diebus ejus salvis erit Iehudah, et Israel habitabit confidenter ; et hoc est nomen ejus, quod vocantur eum, Dominus iustus noster. — 7. Ideo ecce dies venient, dixit Dominus, et non dicent ultra : Vivit Dominus, qui ascendere fecit filios Israel ē terrā Egypti. — 8. Sed : Vivit Dominus, qui ascendere fecit et qui adduxit semen domus Israel de terrā aquilonis, et de omnibus terris ad quas ejeci eos ; et habitabunt in terra suā. — 9. Propter falsos prophetas ; contrarium est cor meum in medio meū ; commota sunt omnia ossa mea : fui tanquam vir ebrios, et vegeti vir super quem transiit vinum à facie Domini, et à facie verborum sanctorum ejus. — 10. Quia adulteria repleta est terra, quia propter falsos juramentum desolata est terra, aruerunt pascua deserti ; et fui cursus eorum malus, et fortitudine eorum non recta. — 11. Quia tam propheta quām sacerdos peccaverunt ; etiam in domo meā inventi malum eorum, ait Dominus. — 12. Idcirco erit via eorum eis tanquam lubricum in caligine ; impellentur et corrumpent in eā ; adducam enim super eos malum, annūm visitationis eorum, ait Dominus. — 13. Et in prophetis Somron vidi insulam ; prophetaverunt in Boal, et errare fecerunt populum meum Israel. — 14. Et in prophetis Ierusalem vidi foda ; adulteria commitunt, et ambulant in mendacio, et confortaverunt manus ma-

lorum, ita ut non convertantur unusquisque à malitia suā ; fuerunt mihi universi ipsi ut habitatores Sodom, et habitatores ejus ut habitatores Amor. — 15. Propterea sic dixit Dominus exercitum ad prophetas : Ecce ego comedere facio eos absinthium, et propinare faciam eis aquam felis ; à prophetis enim Ierusalem egressa est iniurias in omnem terram. — 16. Sic dixit Dominus exercitum : Non auditis verba prophetarum, qui prophetant vobis ; vanescere faciunt vos, visionem cordis sui loquuntur, non de ore Domini. — 17. Dicunt dicendo spernentibus me : Locutus est Dominus : pax erit vobis ; et omni ambulanti in duritiae cordis sui, dixerunt : Non veniet super nos malum. — 18. Quis enim stetit in secreto Domini, et vidit et audivit verbum ejus ? quis attendit verbo ejus et audit ? — 19. Ecce turbo Domini cum furore egredietur, et turbo seces interquens super caput impiorum cadet. — 20. Non revertetur furor Domini donec faciat, et donec statuat cogitationes cordis sui ; in novissimo dierum intelligentia in eā intelligantur. — 21. Non nisi prophetas, et ipsi cœcurrerunt ; non sum locutus ad eos, et ipsi prophetabant. — 22. Et si stetissent in secreto meo, et audire fecissent verba mea populum meum, et averti fecissent eos à via suā misā, et à malitia operum eorum. — 23. Numquid Deus de propinquo ego sum, dicit Dominus ? et non Deus de longinquō ? — 24. Num occultabit se quispiam in occultis ; et ego non videbo eum, dixit Dominus : annon celum et terram ego imploeo, dicit Dominus ? — 25. Audiri quo dixerunt prophetæ, prophetantes in nomine meo mendacium, dicendo : Sonnivi, sonnivi. — 26. Usquequā ? Numquid est in corde prophetarum prophetantem mendacium, et prophetantem dolum cordis sui ? — 27. Numquid cogitant ut oblivisci faciant populum meum nominis mei somnii suis, quia narrant unusquisque proximo suo ; sicut oblitio sunt patres eorum nominis mei propter Baal ? — 28. Prophetæ, cum quo est somnium ; narrat somnium, et cum quo est verbum meum loquuntur verbum meum verē ; quid paleis ad triticū, dixit Dominus ? — 29. Nonne sic est verbum meum loquuntur verbum meum verē ? quid paleis ad triticū, dixit Dominus ? — 30. Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus ; qui furarunt verba mea unusquisque à proximo suo. — 31. Ecce ego ad prophetas, ait Dominus ; qui lenificant linguae suam, et dicunt : Dixit. — 32. Ecce ego ad prophetantes somnia mendacia, et narraverunt ea, et errare fecerunt populum meum mendacium suis et blanditiis suis ; et ego non misi eos, nec precepī eis, et proficiendo non proficerunt populo huic, dixit Dominus. — 33. Et si interrogaverit te populus iste, vel propheta, aut sacerdos, dicendo : Quod est omnis Dominus ? dices ad eos : Quid est omnis Dominus ? — 34. Et propheta, et sacerdos, ac populus qui dixerit : Propetia Domini, visitabo super virum illum, et super domum ejus. — 35. Si dicas unusquisque ad socium tuum et unusquisque ad fratrem tuum : Quid respondit Dominus ? et quid locutus est Dominus ? — 36. Et omnis Dominus non memorabitur ultra, quia omnis erit unicuius verbūnum summū, et pervertitis verba Dei viventis, Domini exercitum Dei nostri. — 37. Si dicas ad prophetam : Quid respondit tibi Dominus ? et quid locutus est Dominus ? — 38. Et si omnis Dominus dixeritis ; propertea sic dixit Dominus : Quia dixistis verbum istud : Omnis Dominus (et misi ad vos, dicendo : Ne dicatis : Omnis Dominus) ; — 39. Propertia, inquam, ecce ego obliiscar vestri obliiscendo, et evellam vos, et civitatem quam dedi vobis, et patribus vestris, à facie meā. — 40. Et dabo super vos opprobrium sempiternum, et ignominias sempernas, quod obliioni non tradetur.

COMMENTARIUM.

VERS. 1.—VX̄ PASTORES (1), vel : O infelices et miserables pastores aut principes !

VERS. 2.—AD PASTORES, contra pastores. EJECISTIS, sub, in exilium. q. d., in curia vestra factum est ui ret populū meū in exilium. NON VISITAVIS, vel, non fuit vobis cura. STUDIORVM VESTRORVM, vel, actiōnum vestrarum, id est, tandem sumam peccatae de vobis,

(1) Haec omnia, usque ad cap. 28, commemorationem continent ab Ieremī factam apud Sedecciam de sermonibus, ante Sedeccia tempora, diversis locis ac temporibus à se habitis, ac congruibus cum illis quae nunc Sedeccia diceret coparet ; ut Dei in decretis suis et exequitis et constanti magis appareret. In hoc capite descriptura peccata que erant in omnium ordinum hominibus Iehonim regnante, incipit à principibus. Confer Ezech. c. 34, vers. 2, Grotius. De multis pastoribus hic agitur : 1^o de malis ; 2^o de bonis ; 3^o de uno optimo Pastore, Esdras. Qui DISPENSAT.... GREGORI, id est, populum meum, Pinela. Malo seu exemplo causa sunt interitus et dispersionis populi, Grotius. Concedit illi nomine pastorum ; sed simul detrahit larvam, dum vocat *pastidores*. PASCLE HEE. Sic vocat, non resipiens meritā populi, sed adoptionem suam, q. d. : Non tantum homines leditus, sed et Deum. Populus quidem dignus erat qui periret. Sed id non excusat pastores, qui debelandū repudiebat et à quo et quorū populo praefecti erant, Calvinus.

ob scelerā vestra, et miserebor ovium mearum, congregando illas in ovile meum per Evangelium.

VERS. 3.—AD HABITACULA SUA, ad causas suas (1). VERS. 4.—PASTORES, id est, Apostolos et Evangelio.

listas. *NEQUE DEFICIENT*, neque desiderabuntur, id est, ne illa quidem earum desiderabitur, q. d.: Nulla peribunt, non requirerat ut oves perdite requiri solent a pastoriis (1).

VERS. 5.—*ECCE DIES VENIENT*. Hunc locum de Christo intelligent omnes Hebrei. (Vid. Zachar. 5, 8, et 6, 12.) *GERMEN JUSTUM*, vel, *semen*. De Virgine enim per Spiritum sanctum prodiit, qui est justitia nostra. Et regnabit rex, q. d.: erit verus rex, non tyrannus. Hebreus. (Vid. Zachar. 6, 15.) *PROSPERABITUR*, vel, *felix erit*. *JUDICUM*, sub, *discretio*, eligendo quos volunt. *JUSTITIAM*, etc.; *judicabit* enim vivos et mortuos. (Describit regim munia.)

VERS. 6.—*JUSTUS NOSTER*. Ad verbum: *justitia nostra*. (Vid. Isai. 51, 5, et 62, 2.) (2).

VERS. 7.—*NON DICENT*, sub, *qui jurare volent*. (Vid. sup. 16, 14.)

mundi, cum omnis Israel salvis fieri. Nam eousque porrigitur hec propheta.

Ad nra sea, hebrei, *neque*, id est, ad *habitaculum suum*. Nota Ecclesiastis vocari rura et habitaculum Iudeorum, primi, quia eadem est Ecclesia nova christiana et vetus Iudeorum; secundo, quia nra copit a Iudeis, scilicet Christo et Apostolo in Jerusalem; tertio, quia cognitio et culus veri Dei erat quasi proprium rura spiritualis Iudeorum; et Iudeus propriè promisus et missus erat Messias, cuiusque boni; rursum patria, et quasi rurum analogicum corum olim, et iam nostrum est eccliesia Jerusalem, ad quae dno eos reduxit Christus. Similis propheta est Ezech. 34, v. 15 et 14. (Corn. I. Lap.)

(1) Non timerent amplius. Hec non dici poterunt de Israelitis ex Babyloniam reversis, cum in continuo fuerint timoribus et adversitatis; ideò ad tempora Christi referenda sunt, in qua perfecta liberatio facta est, ut christianus homo iam non timeat neque homines neque diaboles, cum se sciat esse eum Christum. (Munsterus.)

(2) *Salvabitur Iuda*, et *Israel habitat confidenter*. Iuda et Israel, post captivitatem una collecti, brevi atque inconstante pacis imagine in patria gavisi sunt, quia tamen vera pax, a Dei filii ad homines in terris allata, significabatur: *In terra pax hominibus*, fodus, quod ipse Patrem inter et homines iniit: *Ipsa pax nostra*; denique pax et salus, quam uili Princeps pacis obliens hominibus comparavit.

Et hoc est NOMEN PUNCTUUM EUM: DOMINUS JUSTUS NOSTER, hebrei, *Jehovah zidekenu*, *Domini justitia nostra*. Christus *Iehonah* est, Deus verus, in quo in habitat omnis plenaria dignitatis corporaliter. Ipse dominus justitia est, sanctitas, salus; justus idem gratia non efficit; mortis sententiam adversum nos latam scripturam delevit, quam crux affixa quodammodo in triumphum tulit; peccati imperium averterit, justitiae fontes in sacramentis Ecclesie dati aperuit, atque in virtutis exemplo, que ipse et verbit et moribus expressit. Septuaginta: *Hoc est nomen ipsius, quod vocabit eum: Dominus Ioseph*. Postrema hac vox confusa est *Ex Ioh Jehovah, Dominus, et zedek, justitia*. Syrus apud Theodoretum: *Domine, justificans*. Chaldeus: *Hoc est nomen ejus quo vocabunt eum: Fieri nobis justitia à facie Domini in diebus ejus*. Grossus hoc vaticinum ad Iudeos terquens, penitus everrit: *Et hoc est nomen quod vocabunt populus Israel: Dominus justitia nostra*. Legendum esset: *Dominus justitia illius*. At huc minimi facit Grotius, locisque maxime luculentis minime moverit, ut interdum locis de Messia tota antiquitate explicatis magis ipse quam Iudei adversetur. Cautio legendus est, ne gravissima de his rebus dubia subrepant. (Calmet.)

VERS. 9.—*PROPTER PROPHETAS*. Id est, propter imposturas illorum. Alii: *Ad prophetas*, ut sit tituli vice. Vel, *Ad prophetas quod attinet*, Clericus. CONTRITUM EST COR MEUM, id est, confidor dolore. TRANSVIT VNUM, id est, quem demergit et supererat viuum, hoc est, temulenta. A FACIE DOMINI, id est, propter Dominum, sive proper honorum Domini, et propter verba eius quae isti contument ac blasphemant.

VERS. 10.—*DESOLATA EST*, ad verbum *tuzit*, obsterrilitatem. (Vid. sup. 4, 4.) *PASCUA* ad verbum *habituca*, id est, caule adjacentes locis pascuosis. Alii, *speciosa*. ET FUIT, vel, *est* cursus eorum ad malum, id est, homines Juda seduli et veloces sunt ad mala patranda. FORTITUDO EORUM, etc.; vel, *fortitudo eorum non est veritas*, hoc est, veritate non niuntur, sed mendacia, vel, *pro viribus suis veritati non student*, sed mendacio.

VERS. 11.—*MALUM EORUM*, *malitiam* vocat sacrificare idolis.

VERS. 12.—*VIA EORUM*, etc., id est, quemadmodum fieri nequit ut quis in via lubrica non cadat, aliquo impellente, sic Iudas, me auctore, ruens et dabunt penas ob peccata sua, Anxum, etc., vel, *anno quo à me punienti sunt*.

VERS. 13.—*SOMRON*, Nomine Samariae decem tribus intelligit; ut et nomine *Jerusalem*, Iudana et Benjamin. INSULA. Stultitia *insula*, idolatria; nam nihil est magis *insulatum* et absurdum, quam lapides colere.

VERS. 14.—*CONFORTAVERUNT*. (Idem verbum quod Exod. 4, 21, de Pharaone.) (1).

VERS. 15.—*ABSENTIUM*, etc. Per *absentium* et *fel*, res amarissimas, intelligit afflictiones gravissimas, q. d.: Acerbisimis mali eos afficiam. (Vid. sup. 9, 15.) TERRAM, sub, *Jude*, id est, ad omnes incolas terre Jude.

VERS. 16.—*VANESCERE FACIUNT* vos, reddit vos vanos, id est, verbis vanis et fallaciebus seducunt vos, vel, *impontunt vobis*. VISIONEM, etc., id est, somnia sua narrant vobis et prophetias à se confitas, non eas quas audierunt a Domino.

VERS. 17.—*DICUNT DILEGENDO*. Constanter loquuntur. Hebrei. SPERNENTIBUS ME, vel, *qui spernunt*. *PAX ERIT VOBIS*, id est, non abducemini in Babylonem. AMBULANT, etc. *Amulare in duritate cordis sui*, est vivere contra legem Dei. DIXERUNT; præteritum. Hebr. pro presenti dicunt.

VERS. 18.—*QUIS*, sub, *ex illis pseudoprophetis* (Vid.

(1) *Similitudinem* (sub, prophetarum Samaritanorum), id est, quod prophete Jerusalem imitarentur fatitatem prophetarum Samaritanorum; vel, *Tidi torpidum*, ut etiam Hieron., interpretatur: *Sopt., horribilis*; Chalda, mutationem. ADULTERANTUM, id est, idola colentium. Solent adulteri longè ire, ut amici frumentar; sic Iudei ibant usque Samariam, ut adorarent idola. Alii codices Latinum habent, *adulterium*, sicut et Hieronymus legit; estque apostolus. Declarat enim quam turpitudinem videbit, scilicet, adulterium, et iter mendacium, id est, ad idola, que ut sapientiam, ab Hebreis mendacium et vanitas appellantur. Et *confarverunt manus pessimorum*, id est, confirmaverunt, male agentes (Maldonatus.)

Prov. 30, 4. Verba sunt Jeremie.) IN SECRETO DOMINI, id est, in loco in quo arcana sua consilia tractat Dominus. Gallici, *en l'étrôni conseil d'icelle*. AUDIVIT? vel, paruit illi verbo (1)?

VERS. 19.—*TURBO DOMINI*, vel *ventus vehementissimus* (Vid. Ps. 36, 7). *Sese interquens*, impendens, iriens.

VERS. 20.—*STATUAT*, ipse statuerit, id est, donec opere impleretur quod facere decrevit. In ea, etc., sub, *prophetia*; relativum pro antecedente, id est, tum deum intelligentis hanc prophetiam, cum implita fuerit, vel tandem diligenter considerabitis prophetiam de captivitate, cum.

VERS. 21.—*NON MISI*, etc., vel: *Non mittebam prophetas istos*, et *ipsi curabant*; non eram illos allocutus, et *ipsi prophetabant*.

VERS. 22.—*SI STETITIS*, aut si admissi fuissent in locum in quo traxi consilia mea et arcana. Id est, si fuissent affliti spiritu meo, sub, alter docuerint. ET, pro tunc. *AUDIRE FLEBUNT*, vel, *explosum*.

VERS. 23.—*DI PROPHETICO*, sub, *tempore*. Numquid sum Deus novitius et recens, et non potius Deus eternus? q. d.: Non sum similis dulcius super inventus. Gallici, *nowellement forges*. (Sed de loco accipientium innunt que sequuntur, q. d.: Qui tantum cernat quae proprie adsumt, id est, celestia (quis milii vicina); non vero terrestria utpote nimis distat. Synops. Pileher est hanc in rem locus Oppiani Halieut. 2, 4 et seq., apud Clericum: *Quid enim ab hominibus potest perfici sine diis?* Non tantum quantum est potis plantam sustulere, neque quantum est aptere palpebrarum splendores arboris. Sed ipsi domini sunt et restores singularium rerum, et LONGINQUO PROPRIUS. Sed et milie annis ante eum; Homerus, Odys. T. 251: *Facile Deus, si voluerit, etiam ex longinquu virum servaverit*. Plura qui aebit, adeat

(1) Verba huius versus sunt, vel, 1^o Jeremie, ex prophanis falsi doctoribus incuriam, quia ad Dei sermonem non attendunt, etc.; q. d.: Cui ex pseudoprophetis revelata sunt arcana Dei? Ex conjecturam, non ex revelatione loquebantur. Conjectura autem si in regum consilii, quantum magis in consilio Dei hominem fallunt? Similiter hunc loco ad Romanos, cap. 11, 51, 55, contra Iudeos, qui sola conjectura de voluntate Dei pro certo affirmant, sed vitam aeternam homines incircumcis, sed pis, ad vitam aeternam admittere. Quid, q. d.: Nullus profecto; sed quicquidque prophetant, ex se configunt; non possunt res futuras divinare. Vel, 2^o pseudo-prophetarum, sive epicureorum contentum vocem ministerii in Ecclesia. Quis, nimis alius praeceps nos? Ellipsis in hoc genere locutionis frequens, ut Prov. 50, v. 4. Sic Jeremias disserret: *Sic, inquietus, dicit Dominus exercituum: Ecce ego frango arcum Elam, primarios roboris eorum, arripiunt hoc Ananias, secundum rem reputavit hoc modo: Si populus Elam auxiliarius Chaldeorum frangatur, à majori sequitur, et ipsos Chaldeos frangendos, idcirco restitut in foro inferiore, atque exclaimat: Sic dixit Dominus Deus Israel: Confregi iugum Babel. Secundo, homines errunt et eloquentes, qui linguis suas arte instruxerunt, ad gratiam apud homines comparandam. Tertiò, qui falsa sonnia pro veris oraculis plebejula obtrudunt. Qui assunt Linguis suas, hoc est, abutentur linguis.*

Eusebii Praep. evang. lib. 13, c. 15, et Conr. Ritterfusoris, ad Oppianum.

VERS. 24.—*In occurrit*, in latibus, q. d.: Nihil me latet. (Vid. Ps. 439, 7).

VERS. 26.—*Usurgo*? Sub, haec dicturi sunt. NUMQUID EST IN CORDE, etc. *Esse in corde*, pro cogitare, q. d.: Quamdi talia dicent ut imponant populo meo? nomine statuant isti pseudoprophetæ, sive cogitant falsitatem et fraudem? Numquid, inquam, cogitant creare populo meo oblivionem nominis mei? *Fraudem* sive *dolum cordis* vocat prophetas dolos et fraudulerint confitentes (1).

VERS. 28.—*PROPHETA*, sub, *falsus*. NARRET SOMNIUM, id est, propheta qui sonnabit, narret somnum suum tanquam merum somnum, et non tanquam prophetiam divinam. VERB, vel verbum, inquam, veritatis, id est, verum.

VERS. 29.—*CONTERET PETRAM*? vel, quo *frangit rupes*? q. d.: Ut ignis omnia domat, et malleus ferreus magnis rapem et durissima queque rumpere potest, sic nihil est quod non supererit veritas prophetie, que à nulla re potest impediri.

VERS. 30.—*QUI FURANTUR*, etc., id est, qui cum audierint veram prophetiam ex meis prophetis, cum narrant aliis tanquam suam, de suo mendacia admiscentur.

VERS. 31.—*QUI LENIFICANT LINGUAM SUAM*, etc., id est, qui blando sermone illeciunt phebem in suam sententiam, et utuntur dictione usitata veris prophetis, nempe dixit Dominus. Dixit, Heb. *Dictum*, sub, *Dominus*. (Vid. Ps. 110, 1.) (2).

VERS. 32.—*ET BLANDITIUS SIS*, vel, atque in leviteribus suis, id est, levibus et stolidis suis cogitationibus et inventis. *Levitates animi* dicuntur cum modo hoc, modis illud inconstanter sentiantur.

VERS. 33.—*PROPHETA*, sub, *falsus*. QUOD EST OMNIS DOMINI? id est, cuiusmodi est propheta quam à Deo proximè acceptisti? quodnam omnis habes quod nobis annuntias nomine Domini? Vox Hebreas MASCESNA, pro quā omnis vertunt, significat *sarcinam*; et per metaphoram significat prophetiam que premit et gravis

(1) PROPTER SONNIA EORUM. EX huius sonnia interstantium vaticinia venditabant. (Grotius.)

(2) Ecce ego ad prophetas, ait, *Domini*. Tria proposita prophetarum genera ponit: Primum sunt qui subsuscitanti quid veri prophetæ ex Domino attulenter, et illud assumptum ex parte ad suum institutum detinent. Huius exemplum ponunt in Ananias filio Ezor, de quo infra, c. 28. Nam cum in foro superiori Jeremias disserret: *Sic, inquietus, dicit Dominus exercituum: Ecce ego frango arcum Elam, primarios roboris eorum, arripiunt hoc Ananias, secundum rem reputavit hoc modo: Si populus Elam auxiliarius Chaldeorum frangatur, à majori sequitur, et ipsos Chaldeos frangendos, idcirco restitut in foro inferiore, atque exclaimat: Sic dixit Dominus Deus Israel: Confregi iugum Babel. Secundo, homines errunt et eloquentes, qui linguis suas arte instruxerunt, ad gratiam apud homines comparandam. Tertiò, qui falsa sonnia pro veris oraculis plebejula obtrudunt. Qui assunt Linguis suas, hoc est, abutentur linguis.* (Clariss.)

est. Scriptura ut solet hæc voce cùm sinistra et gravia aduersus gentiles predicuntur. Quid est onus? q. d.: Vultis scire prophetiam quam recens à Deo accept? est hec, nempe: *Dicit Deus se deseritum, etc. DEREIQUAM*, nempe deserat.

VERS. 34. — *VISITABO*, id est, puniam (1).

VERS. 36. — *NON MEMORABITIS ULTRA*, vel, *mentio-nem non facies*, id est, non utimini hæc formulâ dicendi: *onus Domini*, nam quæ cùm usus fuerit, punietur.

(1) *DICET UNUSQUISQUE.....: QUID RESPONDIT DOMINUS?* etc.; q. d.: Reverentis et religiosissimi alloquemini. Sermonem meum non vocabitis *onus*, quia odio hoc titulum se ab omni docilitate alienatur, et se fastidio ad odio occupantur, aditumque sibi obstrubant ne proliferent, etc. Jabet ergo eos venire vacui et puris et paratis animis, etc. Monemur hie ut sancti et piè loquamur de verbis Domini, non ea *onus* vocantes, sed *responda et oracula*, quibus invitamus ad penitentiam et salutem. (Synopsis.)

CAPUT XXIV.

1. Ostendit mili Dominus : et ecce duo calathi pleni fici, positi ante templum Domini postquam transtulit Nabuchodonosor rex Babylonis Iechoniam filium Joakim regem Juda, et principes ejus, et fabrum et inclosurem, de Jerusalem, et adduxit eos in Babylonem.

2. Calathus unus fucus bonas habebat nimis, ut solent fucus esse primi temporis : et calathus unus fucus habebat malas nimis, que comedи non poterant, eo quod essent male.

3. Et dixit Dominus ad me: *Quid tu vides, Jeremia?* Et dixi: *Ficus, fucus bonas, bonas valde : et malas, malas, quae comedи non possunt, quo quid sunt male.*

4. Et factum est verbum Domini ad me, dicens:

5. Hec dicit Dominus Deus Israel: *sicut fucus he bonas : sic cognoscam transmigrationem Juda, quam emisi de loco isto in terram Chaldaorum*, in bonum.

6. Et ponam oculos super eos ad placandum, et reducam eos in terram hanc : et edificabo eos, et non destruam; et plantabo eos, et non evellam.

7. Et dabo eis cor ut sciatur me, quia ego sum Dominus : et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum: quia revertentur ad me in toto corde suo.

8. Et sicut fucus pessime, que comedи non possunt, eo quod sim male, haec dicit Dominus, sic dabo Sedeniam regem Juda, et principes ejus, et reliquias de Jerusalem, qui remanserunt in urbe hac, et qui habitant in terra Egypti.

9. Et dabo eos in vexationem, afflictionemque omnibus regnis terra: in opprobrium, et in parabolam, et in proverbiū, et in maledictionem in universis locis, ad quæ ejeci eos.

10. Et mittam in eis gladium, et famem, et pestem, donec consumantur de terrâ quam dedi eis, et patribus eorum.

TRANSLATIO EX HEBRAEO.

4. Videi fecit me Dominus; et ecce duo canistra fœcum, parata ante templum Domini, postquam transmigrare fecit Nabuchadresar rex Babel Iechoniam filium Ieoacim, regem Ichudah, et principes Ichudah, et artifices,

Aliiter enim interpretamini verbum illud quād debetates exponere; quasi nunquam Dominus velit prospera predici, sed semper mala; itaque irridentes dicas: *Quid est onus Domini?* id est, que adversa est predictio? cùm tamen omnes divine prophetas non sint de adversis rebus, sed aliae de adversis, aliae de rebus prosperis. VERBUM SUEM, sub. VERUM, q. d., ut existimat predici sibi existim, ita illis eveniet; quicunque ita locutus fuerit, punietur. ET PERVERTISTIS, etc., id est, accipiunt in malam partem omnes prophetas Domini.

VERS. 37. — AT PROPHETAM, sub. VERUM.

VERS. 38. — ET SI, etc. Quid si posthac *onus Domini* dixeritis, ob id sic, etc. ET MISI, cùm misericor, sub. *prophetae* qui admonicerent vos ne, etc.

VERS. 39. — OBLIVISCAR, etc., id est, omnino non recordabor vestri.

CHAPITRE XXIV.

1. Le Seigneur me fit voir une vision. Il y avait devant le temple du Seigneur deux paniers pleins de figues. (Etc' arrivâ depuis que Nabuchodonosor, roi de Babylone, eut transfér Jechonias fils de Joakim, roi de Juda, avec ses princes, les architectes et les ingénieurs, et qu'il lez eut emmenés de Jérusalem, et adduxit eos in Babylonem.)

2. Dans l'un de ces paniers il y avait d'excellentes figues, comme sont d'ordinaire les figues de la première saison, et dans l'autre il y en avait de très-mauvaises, dont on ne peut manger, parce qu'elles ne valaient rien.

3. Alors le Seigneur me dit: Que voyez-vous, Jérémie? Je lui répondis: Je vois des figues, dont les unes sont bonnes et très-bonnes, et les autres sont mauvaises et très-mauvaises, et on ne peut point manger parce qu'elles ne valent rien.

4. Le Seigneur me parla ensuite, et me dit :

5. Voici ce que dit le Seigneur Dieu d'Israël : Comme ces figues que vous voyez sont très-bonnes, ainsi je traiterai bien ceux que j'ai envoyés hors de ce lieu, et qui ont été transférés de Juda dans le pays des Chaldéens.

6. Je les regarderai d'un œil favorable et je les ranierai dans ce pays : je les édifierai, et je ne les détruirai point; je les planterai, et je ne les arracherai point.

7. Je leur donnerai un cœur docile, afin qu'ils me connaissent, et qu'ils sachent que je suis le Seigneur : ils seront mon peuple, et je serai leur Dieu, parce qu'ils retourneront à moi de tout leur cœur.

8. Et comme vous voyez ces mauvaises figues, donc on ne peut manger parce qu'elles ne valent rien, ainsi, dit le Seigneur, j'abandonnerai Sédécias, roi de Juda, les princes et ceux qui sont restés de Jérusalem, qui demeureront dans cette ville ou qui habitent dans la terre d'Egypte.

9. Je ferai qu'ils seront tourmentés, et qu'ils seront affligés dans tous les royaumes de la terre, et qu'ils deviendront l'opprobre, le jouet, la fable et la malédiction des hommes dans tous les lieux où je les aurai classés.

10. Je l'enverrai contre eux l'épée, la famine et la peste, jusqu'à ce qu'ils soient exterminés de la terre que je leur avais donnée aussi bien qu'à leurs peres.

et inclusores de Jerusalem, et adduxit eos in Babel. — 2. Canistrum unum *habebat* fucus bonas valde, sicut fucus præcoce; et canistrum alterum *habebat* fucus malas valde, quæ non poterant comedî, propter maliitiam. — 3. Et dixit Dominus ad me: *Quid tu vides Irmeiahu?* Et dixi: Fucus, fucus bonas, bonas valde, et malas, malas valde, quæ non possunt comedî, propter maliitiam. — 4. Et fuit verbum Domini ad me, dicens: — 5. Sic dixit Dominus Deus Israel: Sicut fucus bona ha: sic agnoscam transmigrationem Ichudah, quam emisi de loco isto in terram Chalidim, in bonum. — 6. Et ponam oculum meum super eos in bonum, et reducam eos in terram hanc; et edificabo eos, et non destruam, et plantabo eos, neque evellam. — 7. Et dabo eis cor ut sciatur me, quid sum Dominus; et erunt mihi in populum, et ego ero eis in Deum, quia revertatur ad me tota corde suo. — 8. Et sicut fucus male, que comedî non possunt, propter maliitiam; certè sic dixit Dominus, sic dabo Sidéciyah regem Ichudah, et principes ejus, et residuum Ierusalem; qui remanserunt in terra ista, et qui habitant in terra Egypti. — 9. Et dabo eos in commotionem, et malum omnibus regnis terra; in opprobrium, et in parabolam, et proverbiū, et maledictionem in omnibus locis ad quæ ejeci eos. — 10. Et mittam in eos gladium, famem et pestem: donec consumantur ipsi è terrâ quam dedi eis et patribus eorum.

COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ET ARTIFICES, id est, architectos qui conficiebant arrietas et turres ad oppugnandas urbes.

ET INCLUSORES, sub. castrovum, id est, peritos castrametandi. Hic enim Nabuchodonosor abduxit viros ingenio præstantes et excellentes in rebus bellicis. Vide 2 Reg., 24, 1, 4 (1).

VERS. 2. — PROPTER MALITIAM, id est, præ insuavitate (2).

(1) *OSTENDIT MIHI DOMINUS; ET ECCE, etc.* Redit ad Jechoniam, quem nunc confortum Sedechia patruo, qui successit in regno, et illo beatorem fore ostendit, sub quo hac propheta est dicta, et qui cum omnibus suis exsirpandis erat, cum Jechonias iterum promittitur posteritas in Babylonie, nitimusq; propter insigem obedienciam, q; quid ad Iussum Dei sponte se tradidit manibus crudelissimi hostis Nabuchodonosor. Per fucus ergo bonas intelligunt Jechonias et qui cum eo erant penitentiam in Babyloniam agentes; et per fucus malas et quas Dominus respulit, Sedechias cum suis, qui afflictionis et Jérémie incarcerationibus non merebantur effecti in obstinatione permanescunt. (Clariss.)

(2) *CALATHUS UNUS FUCUS BONAS HABEBAT NIMIS, q. d.* Fucus unus calathus que bonæ erant, erant optima, id est, sapidissima, quæ maturæ et præcoce: fucus vero alterius calathus, que erant male, erant pessime, id est, insipidissima calathus, quæ immaturæ et aridae erant, vel quæ esse contraria, vel quæ vento percussa aride erant et excessu, vel quæ corrosa a vermis, ut nauseam moverent, etc. Hoc fucus discrimen agnoscit propheta, tum ex fucum formâ et specie, tum ex indicio Domini, qui fortè easdem quoque ei gustandas dedit. Propterea enim bonitas vel mali-tiam fucus sapore et gustu videbas prophetam. Non obstat quid aut: *Quid tu vides?* El dixi: *Fucus, fucus bonas.* Tz enim vides non excludit gustatum, tum quia visus sapere generaliter sumitur pro quovis sensu; tum quia zedas tantum significat hæc fucus prophete objectas fuisse; non reipsa, sed per visionem et imaginationem, in quâ partim eas videre, partim gustare sibi videbas prophetam. Prior calathus transmigrantum felicitatem, alter remanentum cladem significabat, ut iam dixi. Sic Homerus dicit Jovem habere duo dolia, unum feliis et infelicitatis, secundum mellis et felicitatis; et nunc ex hoc, nunc ex illo hominibus proprie, citat hunc Homerius locum Plutarch. ad Apolloniu.

Nota catachesis, *bonas*, id est, dulces et melleas. Apposita verēda Transalpinus quidam veniens in Italian, cùm nunquam ante fucus recentes vidisset, ut primus inter alios fructus eis gustavit, bursas melles plenas indigitavit. Verè Passeratus in fico:

Fucus habet lactu nivei rutilique saporem.
Mellis, et ambrösia similes cum nectare succos.

Tropoli quidam apud S. Hier., et Glossa: Duo hi

calathi sunt duæ civitates, una Dei, altera diaboli; secundum, sunt Christiani et Judæi; tertio, sunt electi et reprobri, sive gehenna et cælum; quartio, ut Lyrae, sunt religiosi boni et mali; hi enim sunt quasi in templo Domini, et terrestri paradise Dei, ut ait B. Petrus Damiani, serm. de S. Nicola, ut fucus et fructus celestes proferant offerant Deo. Hinc rectè ad S. Aug. epist. 157, tom. 2: *Sicut non inneni metiores ita qui in monasterio defecerunt. Ita Pelagius, Eutyches, Nestorius, Joannianus, Lutherus, Baculus, Petrus Martyr, fuerunt monachi; sed apostolantes facti sunt heresiarchæ. Simili de Athosensiæ apud quos vivit sapientia et probitas*, dixit Plutarch. in Vita Dionis: *Eos aut esse optimos aut pessimos, addidit: Sicut Attica præstantissimum mel, sic et exstite venenum propinquum. Notandum est quid scribit Columella, lib. 5, fucus, que non matuerunt nec dulcescant, ex arbore excutientes esse, ne arbor depravetur aut exarcet; ita à religione excutientes sunt qui genitum ejus spiritum non sicut, calore devotionis ejus non haurient, ut in perfectione maturescant et dulcescant; aliqui enim hi catores ineficiunt, et religioni ingens vel detrimentum vel exitum afferent. Hoc maxime in novitio servandum est, a quibus quasi à radice pententia religiosi vel profectus, vel defectus; in his ergo vel admittendi vel repellendi magnus adhibendus est delectus, magna cura, ut dicere solebat B. Theresia. Hi deinde maxime exercendi sunt in studio tum mortifications, tum orationis, ut semper cogitent se versari in religione quasi in templo, in quo quasi in quadam terræ (ut ait Climacus), in proximitate Dei et angelorum. Hoc est quid auctor suo documento docuit S. Petrus, ut refert S. Clemens epist. 1 ad Jacobum fratrem Domini: *Instructus (Petrus, ait Clemens) actus sua vita omnia horâ custodire, et in omni loco Deum respicere; firmare scire cogitationes matris cordi suo advenientes, mos ad Christum attidere. Rursum apertissime et propriissime fucus optimas sunt, qui se cum Christo disciplina et cruce iuncti immisso sponte subidunt, pessimas sunt, qui disciplinam et crux abuent et excutient.**

UT SOLEN FUCUS ESSE PRIMI TEMPORIS, non veris; per enim non dat maturas fucus. Fucus ergo prima temporis sunt quas primo maturas profert et dat arbor, et aura, putat astas; quæ præcoce dicuntur, suntque dulcisissima, quia primogenita, in quâ suum succum et vires profundit arbor; ita ut quasi senescens et efficta serotinas fucus det languidas, iugispidas et imperfetas, ut hic in Italâ certinum et gustamus. Pro quo nota: Duplices sunt fucus: alia enim sunt, quæ dant fructus semel in anno, scilicet in septembri, tunçque proprium est fucus tempus; alia eos dant bis quotannis, scilicet primos in Junio, serotinos in

VERS. 5. — *Sicut fucus, etc.* Agnosco aliquem in conum, est illi favere et benevolentia sive misericordia prosequi, q. d. : Ut fucus iste suaves sunt, et illas protibus habeo; sic agnosco pro bonis captivos qui cum Iechoniam abducti sunt in Chaldeam: eos vero qui Ierosolymis sunt, pro perversis habeo.

VERS. 6. — *Et ponam, etc.*, id est, aspiciam eos oculo clementi et misericordi. Hebraismus. *Anicabro, vel, instaurabo* (1), id est, dabo illis sedes stabiles, et

septembri. Omnis enim fucus dans fructus in junio, est bifer; dat enim secundos in septembri; sed priores junii longè meliores sunt posterioribus in septembri, et haec vocantur praeoccae, et primi temporis. Aliae fucus, que tantum dari fructus in septembri, priores pariter fructus dari meliores posterius. Ratio est, quia fucus cum sit calida, calorem solis exigit; unde quod calidior est sol, ut initio septembri, eò meliores sunt fucus; declinante vero sole in octobri, minus bona sunt fucus, quia minore solis ardore coquuntur. Denique sicut fucus animalium primi posterioribus tam specie quam robori, indole et pretio antecedunt, sic fucus primae astas posterioribus septembri a toto genere praestant, et specie, et magnitudine, et novitate, et sapore vel reali, vel apprehehendo longiori et avidam sibi expectationem; unde et majori sunt in pretio, plurisque venient.

Porro aposito iustus comparatur fucus bonae: primo, sicut fucus fert dulces, ita et iustus; secundo, sicut fucus parum crescit in altitudine, ita iustus est humilius; tertio, fucus pro floribus reddit fructus, bisque in annis dari fructus, scilicet heus praecoxus et fucus maturus, ita iustus totus est in fructu bonorum operum; quartu, fucus amplius foliis umbrarum facta, ita iustus sua charitate aliis juvat et protegit; quinto, fucus alteri arbori inseri nequit, ob extiam suam dulcedinem quam deserere negat, ita iustus in nulo homine, sed in solo Deo recubunt; sexto, fucus decorata arecet, et fructum non redit; si iustus nisi tegatur conversatione honesta, fructum cum proximis non faciet. Ita nosler Salomon, tom. 7, tract. 21.

Denique a fico potissimum quam à pyro, pomu, etc., vocu hoc desumpta est, quia in Iudea crebriter sunt fucus, ejusque felicitas erat aduersa sub rite et fico sub, uti sape at Script. Et aliud putari fucus in Palestina esse primos anni fructus. Sed hoc falsum esse Romae interlexi ex Palesiis, qui Hierosolymis natu sunt; asseruerunt enim, ibidem ante heus produci pruna, pepones, cucumeres, etc. (Corn. à Lap.)

(1) Illos in patriam revocabo, ubi pristines orthes sedesque illi restitui, in posterum minime destruendas. Nihil illis hinc Babylonis captivitatem simile eveniet. At, inquit, nomine supremae Iudeorum exercitio super Romanis, quia tamdui producta est, et adhuc perseverat, emendum cum mundo exitum habuita, nonne major Babylonica calamitas est? Quia ratione cum divinis hujus loci, et capit. 25, 4, promissionibus ea conciliatur? Respondeo, si plerique veteris Testamenti vaticinia, ea presertim, quæ à prophetae ante captivitatem edita sunt, in Messia desiderare, atque ad Iudeos adhuc pervercias minime pertinere. 2^a in primo Scripturarum et Spiritus

CAPUT XXV.

1. Verbum, quod factum est ad Jeremiam de omni populo Iuda, in anno quarto Joakim filii Iosias regis Iuda (ipse est annus primus Nabuchodonosor regis Babylonis):

2. Quod loentus est Jeremias propheta ad omnem populum Iuda, et ad universos habitatores Ierusalem, dicens :

3. Depuis la treizième année de Josias fils d'Ammon, roi de Iuda, jusqu'à ce jour, il s'est passé vingt-trois

CHAPITRE XXV.

1. Parole qui fut adressée à Jérémie, concernant tout le peuple de Iuda, la quatrième année de Josias fils de Josias, roi de Iuda, qui est la première année de celle de Nabuchodonosor, roi de Babylone.

2. Et que le prophète Jérémie annonça à tout le peuple de Iuda et à tous les habitants de Jérusalem, en disant :

3. Depuis la treizième année de Josias fils d'Ammon, roi de Iuda, jusqu'à ce jour, il s'est passé vingt-trois

augebo illis liberis et opibus

VERS. 8. — CERTE, Hebr. : *Hac enim dicit Dominus.* Per parenthesis legendum. Qui habitant, etc., id est, qui fugerint in Egyptum metu Chaldeorum 2 Reg. ultimo.

VERS. 9. — COMMOTIOMEN, sive tremorem. Vox Hebreæ significat motum qui de loco ad locum subinde fit; quia est cùm præmetu diffugimus, et in alia atque alia loca concedimus. Significat etiam metum, cuiusmodi est cùm animo fluctuamus, et quid facere debemus nescimus. Juxta secundam significacionem locu ita exponentur: Tradam vos in metum omnibus regnū, id est, faciam ut meq[ue]nt me omnia regna, audita calamitate vobis irrigatā à me proper transgressionem vestram. Dabo, inquit, eos in tremorem omnibus regibus; hoc est, omnes reges regnum exterorum concutient metu, cùm audierint que acciderint illis Iudeis; verentes ne talis ipsa eorumque populis aliquæ ratione contingat. In opprobrium, id est, malè audient ab externis populis quod Deum sum deseruerint. In PARABOLAM, id est, infelices et calamitosos comparabant exteri Iudeis. In PROVERBIUM, seu fabulam, id est: Omnes quotidianis sermonibus usurparibus calamitatē et improbatim Iudeorum. In MALEDITIONEM, id est, cùm exteri volent malè precari alicui, dicent: Contingat illi ut Sedece regi Iuda, et suis. (Similia vid. tum in hoc libro passim, v. g., 42, 18, tum Deut. 28, 37, et Iosai. 65, 15.)

sanei proposito unicam esse gentem et Iudeos, cùm ab electa genti dignitate nondum excidissent, et Christianos. Nobilissima promissiones, quæ ad Hebraicam gentem spectabant, post Iesum Christum ad Christianos transiunt, Iudeos ad extraneas gentes conditionem reiecunt. Veri promissiones heredes sunt Iesu Christi discipuli. Quamobrem, ut vaticinio Jeremie veritas constet, illud sollemmodo docendum est, Judios ex Ciro ateate usque ad Christianum patris in sedibus communioris esse, a nemine pulsos avulsos, ut alio abigerentur; ut post Iesu Christi tempora, verum Ierusalem, Israelem Dei, Christianos, non Judeos limbis clausos, sed in omnibus orbis partibus effusos, ex prophetarum vaticiniis, nulla non attate forruisse. Ecclesiast. à Iesu Christo super prophetarum Apostolorumque fundamenta constitutum, anquam ruisse; ac Dei promissionem, quæ latè patet, certissimam fidei impieri: Reducam eos in terram hanc; et adiudicabo eos, et non derastram: et plantabo eos, et non ecellam. 3^a Denique, nisi satis esse videatur haec responsio, enijs vim facie quivis sentiat, dice, horum vaticiniorum fidem certis conditionibus adstrictam esse, ac tunc implendant, ubi Iudei constanter Dominum sequerentur; his vero debita Deo officia negligebantur, par fuisse ut hujusmodi promissionum fructum ipsi non sentirent. (Calmet.)

3. A tertio decimo anno Iosias filii Amon regis Iuda, usque ad diem hanc, iste tertius et vigesimus annus: factum est verbum Domini ad me, et locutus sum ad vos de nocte consurgens, et loquens, et non audiens.

4. Et misit Dominus ad vos omnes servos suos prophetas, consurgens diluculo, mittentes: et non audiuntis, neque inclinatis aures vestras ut audiatis,

5. Cùm dicaret: Revertimini uniusquisque à via sua mala, et à pessimis cogitationibus vestris: et habitabit in terra quam dedit Dominus vobis et patribus vestris, à seculo et usque in seculum.

6. Et nolite ire post deos alienos, ut servatis eis, adoraretis eos: neque me ad iracundiam provocatis in operibus manuum vestrarum, et non affigam vos.

7. Et non audiuntis me, dicit Dominus, ut me ad iracundiam provocaretis in operibus manuum vestrum, in malum vestrum.

8. Propterea hoc dicit Dominus exercitum: Pro eo quod non audiatis verba mea:

9. Ecce ego mittam, et assumam universa cognationes aquilonis, ait Dominus, et Nabuchodonosor reges Babylonis servum meum: et adducam eos super terram istam, et super habitatores ejus, et super omnes nationes quæ in circuitu illius sunt: et interficiam eos, et ponam eos in stuporem et in sibulum et in solidutes sempiternas.

10. Perdampique ex eis vocem gaudii et vocem letitiae, vocem sponsi et vocem spouse, vocem mole et lumen lucerne.

11. Et erit universa terra hæc in soliditudinem et in stuporem, et servient omnes gentes istæ regi Babylonis septuaginta annis.

12. Cùmque impleti fuerint septuaginta anni, visitabo super regem Babylonis, et super gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, et super terram Chaldeorum: et ponam illam in solidutes sempiternas.

13. Et adducam super terram illam, omnia verba mea quæ locutus sum contra eam, omne quod scriptum est in libro isto, quecumque proficeret Jérémie adversum omnes gentes;

14. Quia servirunt eis, cùm essent gentes multæ, et reges magni: et reddam eis secundum opera eorum, et secundum facta manum suarum.

15. Quia sic dicit Dominus exercitum Deus Israel: Sum calicem vini furoris hujus de manu mea: et propinquabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te.

16. Et bibent, et turbabuntur, et insaniant à facie gladii, quem ego militum inter eos.

17. Et accepti calicem de manu Domini, et propinquis cunctis gentibus ad quas misit me Dominus:

18. Ierusalem, et civitatis Iuda, et regibus ejus, et principibus ejus: ut darem eos in soliditudinem, et in stuporem, et in sibulum, et in maledictionem, sicut est dies ista.

ans, et le Seigneur m'ayant fait entendre sa parole, je vous l'ai annoncée avec empressement; et vous ne m'avez point écouté;

4. Et le Seigneur s'est empressé de vous envoyer tous les prophètes ses serviteurs; et vous n'avez point écouté, et vous n'avez point soumis vos oreilles pour l'entendre,

5. Lorsqu'il disait: Que chacun de vous se retire de sa mauvaise voie et du dérèglement de ses pensées criminelles, et vous habiterez de siècle en siècle dans la terre que le Seigneur vous a donnée, à vous et à vos pères.

6. Ne contre point après des dieux étrangers pour les servir et les adorer, et n'irritez point ma colère par les œuvres de vos mains; et je ne vous affligerai point.

7. Cependant vous ne m'avez point écouté, dit le Seigneur; et contre moi vous n'avez irrité par les œuvres de vos mains, pour attirer sur vous tous ces maux.

8. C'est pourquoi voici ce que dit le Seigneur des armées: Parce que vous n'avez point écouté mes paroles,

9. Je prendrai tous les peuples de l'aiguillon, dit le Seigneur; je les enverrai avec Nabuchodonosor, roi de Babylone, mon serviteur, et jo les ferai venir contre cette terre, contre ses habitants, et contre toutes les nations qui l'environnent; je les ferai passer au fil de l'épée; je les réduirai l'étonnement et la fable des hommes; et je les réduirai en éternelles solidutes.

10. Je ferai cesser parmi eux les cris de joie et les chants de réjouissance; les cantiques de l'époux et les chants de l'épouse; le bruit de la morte et la lumière de la lampe.

11. Et toute cette terre deviendra un désert affreux qui épouvantera ceux qui le verront; et toutes ces nations seront assujetties au roi de Babylone pendant soixante-dix ans.

12. Et lorsque les soixante-dix ans seront finis, je visiterai le roi de Babylone et son peuple, dit le Seigneur; je jugerai leur iniquité et la terre des Chaldeens; et je la réduirai en une éternelle solidité.

13. Je vérifierai mes paroles; je ferai fondre sur cette terre tous les maux que j'ai prédits contre elle, tout ce qui est écrit dans ce livre, tout ce que Jérémie a prononcé contre toutes les nations;

14. (Car, quoique ce fussent de grands peuples et de grands rois, ils ont été assujettis aux Chaldeens); et je les traiterai selon leurs mérites et selon les œuvres de leurs mains.

15. Car voici ce que dit le Seigneur des armées, le Dieu d'Israël: Prenez de ma main cette coupe de la fureur de ma fureur; et vous en ferez boire à tous les peuples vers lesquels je vous enverrai.

16. Ils en boiront, et ils en seront troublés; et ils sortiront comme hors d'eux-mêmes à la vue de l'épée que j'enverrai contre eux.

17. Et je regos la coupe de la main du Seigneur, et j'en bois boire à tous les peuples vers lesquels le Seigneur m'a envoyé:

18. A Jérusalem, aux villes de Iuda, à ses rois et à ses princes, pour réduire leurs terres en un désert, et pour les rendre l'étonnement, la fable et la malédiction des hommes, comme il paraît aujourd'hui;